

κτίσας. Markl. ad Euripid. Suppl. v. 786. Scholiasten nostrum refellit, qui κτίσαι pro ποιῆσαι Æschyli ἰδίωμα dicit; conferens Soph. Trach. v. 900. Eurip. Suppl. v. 621. 788.— Vid. Choeph. v. 1058. BLOMF.

19. Διὸς προφήτης] Virgilius Æneid. 3, 250.

Accipite ergo animis, atque hæc mea figite dicta,
Quæ Phæbo pater omnipotens, mihi Phæbus Apollo
Prædixit.—

Ubi Servius: *Notandum Apollinem quæ dicit ab Jove cognoscere.* Et Macrobius, Saturnal. 5, 22. *Affirmo doctissimum vatem etiam in hoc Æschylum, eminentissimum tragædiarum scriptorem, secutum; qui in fabula, quæ Latina lingua SACERDOTES inscribitur (nempe Ἱέρεια), sic ait:*

Στέλλειν ὅπως τάχιστα ταῦτα γὰρ πατὴρ
Ζεὺς ἐγκαθίει Λοξία θεσπίσματα.

Et alibi (hunc ipsum locum innuens):

Πατρὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας Διός.

Et quid (l. ecquid) clarum factum est inde sumpsisse Virgilium quod Apollo ea vaticinatur quæ sibi Jupiter fatur?

Alii Apollinem ipsi Terræ in hoc oraculo successisse tradunt. Ælian. Var. Hist. 3, 1. Ἐνταῦθά τοί φασι παῖδες Θετταλῶν καὶ τὸν Ἀπόλλωνα τὸν Πύθιον καθήρασθαι κατὰ πρόσταγμα τοῦ Διός, ὅτε τὸν Πύθωνα τὸν δράκοντα κατετόξευσεν, ἔτι φυλάττοντα τοὺς Δελφούς, τῆς γῆς ἐχούσης τὸ μαντεῖον στεφανωσάμενον οὖν ἐκ ταύτης τῆς Δάφνης τῆς Τεμπικῆς, καὶ λαβόντα κλάδον εἰς τὴν δεξιὰν χεῖρα ἐκ τῆς αὐτοῦ δάφνης, ἐλθεῖν ἐς Δελφούς, καὶ παραλαβεῖν τὸ μαντεῖον. STANL.

Διὸς προφήτης ἐστὶ Λοξίας πατρός. Vid. Valck. ad Herod. VII. 111. Musgr. ad Œd. T. v. 151. et Wakef. ad h. l. qui confert Virg. Æn. III. 251. BLOMF.